



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

5. An absente vel mortuo pastore teneantur & alij sacerdotes ministrare  
hoc sacramentum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

Respondet (a) Innocentius debere vtrā-  
que speciem adhuc consecrare, & postea  
simul consumere cum alia hostia per alium  
sacerdotem consecrata, qui in hoc fundari  
videtur, quod dubium esse existimat, an  
consecratio vnius speciei sine altera facta  
teneat; sed in hoc nulla est dubitandi ra-  
tio, vt superiore capite ostendimus. In  
eo igitur casu sufficit, vt aliis sacerdos al-  
teram tantum speciem consecret, & vtram-  
que sumat: Quod apertè docet D. (b) Tho-  
mas, quamvis idem relinquat, opinio-  
nem Innocentii uti probabilem, sed hæc  
non sunt propriæ huius instituti.

a Lib. 4. de mysteriis missæ.

b In 4. dist. 2.  
9. art. 4.

## Q V A E S T I O V.

*An absente vel mortuo pastore teneantur  
& alij sacerdotes ministrare hoc  
sacramentum?*

Quæstionis explicatio.

**S**Vbinde (c) Deo iuste propter peccata c Annales  
populi irato pastores ante alios è me-  
dio pestilentia eripiuntur, vt in plerisque monachi.  
historiis legimus: Quæritur, an eo casu a-  
Godefridi  
anno 1167.  
& aliorum.  
li sacerdotes hoc sacramentum ministrare  
teneantur?

Cc 4      Responso.

## Responso.

*a Gab. Bisl.  
Zuares, Breu  
sert. supr.*

TEnentur (*a*) plerisq; casibus, si non ex iustitia, certe ex charitate, quia frequenter vel huiusmodi peste infecti sunt in extrema necessitate, puta, si non sint capaces alterius sacramenti, ut iam diximus, vel sunt in graui, quia etiam si ante confessi fuerint & communicarint, tamen instantे morte vsque adeo grauibus infidelitatis, desperationis, & similibus temptationibus oppressi sunt, vt nisi hoc sacramento confortentur & alleuientur timendum sit, ne infelicitter ex hac vita decedant: ergo illis saltem casibus, alii sacerdotes tenebuntur hoc sacramentum ministrare.

Dices: Tenebunturne illis casibus licentiam petere à Superioribus, vt hoc sacramentum ministrarent? Ratio dubitandi est, quia ministratio sacramentorum proprie ad officium parochorum pertinet, quod nulli sacerdoti propria auctoritate usurpare licet.

*b*. Non requiri expressam licentiam, sed sufficere interpretationem aut præsum-

*b Zuar. tom. 4. in 3. p. D.* ptam, quamvis (*b*) Zuares amplius dicat,

*Thom. disp. 44. sect. 2. §.* non esse tunc tam interpretationem licen-

tiam, quam excusationem ab obligatione,

*Addendum.* vel necessitate talis licentiae.

Q V A: